

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluntas t  
cum fonte primo

Qui uiderit mulierem ad  
concupiscendum eam  
et cetera.

Apud Deum cui nota sunt  
omnia antequam  
fiant, uoluntas perfecta  
faciendi pro opere reputatur facti.

Ieronymus ibidem (ad Demetriadem).

Hujusmodi, cogitatio etiamsi ex aliquo  
impedita casu, non impleat voluntatem,  
nihilominus actione criminis  
condemnatur a Domino: ut illud in  
Evangelio legimus:

Qui uiderit, inquit, mulierem ad  
concupiscendum eam,  
jam moechatus est eam in corde suo  
(Matt. V, 28).

Apud Deum, cui nota sunt  
omnia etiam antequam  
fiant, uoluntas perfecta  
faciendi, reputatur pro opere facti.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 27  
(PL 30, col.41D-42A).